

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diuicie o
cum fonte primo

Qui diuiciarum seruus est,
diuicias custodit ut seruus;
qui autem seruitutis discusserit iugum,
distribuit eas ut dominus.

Ieronymus libro I. super illud Matthei:
Non potestis Deo seruire et mamone.

Qui enim diuiciarum seruus est,
diuicias custodit ut seruus;
qui autem seruitutis excussit iugum,
distribuit eas ut dominus.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in euangeliū Matthaei*, 1.6.24 (CCSL 77, D. Hurst & M. Adriaen eds., p.39, ll.833-835).